

Johann Quistorp

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Quistorpius ... ad eundum ... Puellulae Catharinae Mariae Redekerianae Exequias, Omnes Omnium Ordinum Cives Academicos ... invitat : P.P. Sub Sigillo Rectoratus, die XXX. Ianuarii Anno M. DC. LX.**

Rostochi[i]: Kilius, 1660

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776810510>


Druck Freier  Zugang




Qvistorp, J.  
in  
**C. M. Redeker.**

Rostock, 1660.

24







PROGRAMMA

119.

Quo

RECTOR UNIVERSITATIS  
ROSTOCHIENSIS

JOHANNES QVISTORPIUS,

ΘΕΟΛΟΓ. D. Prof. & Past. J.

ad eundem

TENERRIMÆ ET MELLITISSIMÆ  
PUELLULÆ

CATHARI-  
NÆ MARIÆ  
REDEKERIANÆ

Exequias,

OMNES OMNIUM ORDINUM CIVES  
ACADEMICOS studiosè benevo-  
leq; invitat.



P. P. Sub Sigillo Rectoratus,

die XXX. Januarii ANNO  
M. DC. LX.



ROSTOCHI,

Typis Heredum NICOLAI KILII, Acad. Typ.

CYPRIANUS de Mortalitate  
lib. 4.

Abraham DE O placuit, qui ut  
DEO placeret, nec amittere filium  
timuit, nec gerere parricidium  
recusavit. Qui filium non potes  
lege & sorte mortalitatis amitte-  
re, quid faceres, si filium jube-  
reris occidere?

RECTOR  
JOHANNES QVISTORPIUS,



Vi pecuniam fœnore collocant, eorum hic mos esse solet, ut à debitoribus primò pignus accipiant vel hypothecam; deinde totum, quod debetur, repetant. Hoc ipsum creditorum institutum Philosophus quidam ad Naturam transtulit; affirmans, eam à nobis tanquam suis debitoribus pignora primùm auferre, ab hoc videndi, ab illo audiendi sensum, ab alio aliud, donec cogamur debitum Naturæ totum persolvere. Nos de Morte, quando à Parentibus carissima pignora auferit, rectè quoq; dici posse arbitramur: eam, more anxiorum creditorum, primò fructus conjugii eripere parentibus, donec tempore divinitus cuiq; vivendi & moriendi præstituto elapso, bulbum ipsum tollat è medio. Immitem hanc suam ordine naturæ turbato liberos antè parentes præripiēdi vim denuò exeruit Mors in infante CATHARINA MARIA filiolâ Amplissimi & Excellentissimi



simi Dn. HENR. RUDOLPHI REDEKERI, J. U. D.  
ejusdemq; Professoris accuratissimi, Colle-  
gæ pl. æstimati, cujus lamentabiles literas  
propterea ad me perscriptas, huc refero:  
Nondum septima hebdomas præteriit, quã-  
do amantissima uxor MARGARETA Schügen  
felici partu dulcissimam mihi filiam pepe-  
rit; quæ cum paternâ Dei bonitate ex omni  
partē sanâ videretur, insignem nobis spem  
fecit diuturnioris vitæ. Sed immatura, & in-  
opinatâ morte proh dolor! conceptû no-  
strum gaudium in meram commutavit tri-  
stitiam. Cum enim ii. Decembr. Anni præ-  
teriti esset nata, & 15. ejusdem S. B. ministerio  
Pl. Rever. & Clariss. Viri Dn. LL. NICOLAI  
RIDEMANNI &c. renatâ, ac CATHARINA  
MARIA nominatâ, propter vegetam cor-  
poris & animæ habitudinē, quam ultra æta-  
tem mirabamur, maxima nos affecit lætitiâ.  
Sed quemadmodû omnia humana, & præ-  
cipuè vita nostra præcipiti casui semper sub-  
jecta sunt: ita nobis heu accidit. Nam 24.  
hujus, circa undecimam vespertinam aman-  
tissi-

tissimam filiolum externo quidem aspectu  
sanam reliquimus: verum circa quartam ma-  
tutinam sequentis mane, ultra spem & opinionem  
valde aegrotantem deprehendimus. Et quam-  
vis medicamenta huic aetati convenientia &  
sedulo adhibita, primo quidem aspectu lenire  
viderentur affectum, tamen vehementi morbo  
nec cura vigilans, nec Excellentissimi & Ex-  
perientis. DN. JOHANNIS BACKMEISTERI &c.  
indefessa opera potuit resistere, quin circa  
undecimam animulam, quam sex septimanas &  
tres dumtaxat dies a nativitate gesserat, expi-  
raret, & DEO genitori redderet. De causa in-  
opinata & acerbissimae mortis sollicitum esse  
magis superstitiosum quam necessarium esse  
videtur, quippe quae etiam peritissimos Medi-  
cos fallere solet: Dei voluntas, fuit cujus pro-  
videntia cuncta gubernantur: Ille enim qui vi-  
tam dedit, si eandem adimat, potius ex aenum-  
nis & miseris seculi nos liberat, quam ut ju-  
stis quarelis causam praebet. Ego interim  
officii paterni memor, nec requiem invide-  
re, nec debitum pietatis officium dulcissimam  
filio-

”filiolæ denegare debeo: licet enim brevi  
”temporis spatio miserâ hac rerum usurâ usâ  
”sit, tñ. ultimū honorem meritò exposcit. &c.  
Quis hîc illud, quod in veteri proverbio di-  
citur, HOMO BULLA, aut illud Diurnum  
Pindaricum gemêdo non ingeminet? Vio-  
las videmus verno tempore erumpere, sed  
citò legi aut flaccescere: Verè per quam exi-  
guo tēpore inter homines fuit hæc pulcher-  
rima viola. Nec dubitamus, quin vulnus  
non leve hic filiolæ obitus parentum animo  
influxerit; verùm nec dubitamus, quin ad  
hoc ipsum sanandum adduci se passuri sint.  
Nam is repetiit Filiolam, qui paulò ante de-  
derat. Est autem in ærumnis magnum leva-  
men non reniti voluntati divinæ: velis enim  
nolis, obsequendum est: illudq; perspectum  
habere, sæpè quod sensibus nostris & oculis  
inimicum videtur ac noxium, re ipsâ blan-  
dum esse ac prosperum: cùm DEO majori  
curæ simus, quàm nobis ipsis. Abiit hæc vîr-  
guncula ex immundo hoc mundo, ante-  
quam ejus experiretur imunditiam: à mor-  
te &


te & calamitatibus; quæ, heu! quantæ nostris capitibus superimpendent! in æternū recessit à parētibus ad tēpus: deniq; ex his terris recessit tinctus Baptismo sacro: nomine & numine Christi in cœlo ditata, parentes aliquando læta excipiet. Auctor est Themistius, Timonem dixisse, non esse lugendos mortuos, siquidem compertum sit, vocabula ista, quibus hominem defunctum discedere, migrare, vel obiisse dicimus, nihil simpliciter grave, sed mutationem solū & transitum insinuare: mutationem autem illam contingere in melius, idq; nomen <sup>θανάτης</sup> testari, hoc enim ipsum nomen, hominem è terra migrantem non ad locum aliquem sub terram referre, sed extollere <sup>ἀνω εἰς Θεόν</sup> sursum ad divinam sedem, hæc Themistius. Quanto verò magis decebit Christianos parentes, moderari luctui in morte suorum: cum non ex nominis etymologia divinare, sed CHRISTUM confirmantem habeant: TALIU ESSE REGNUM cœlorum. Cū autem beatæ huius animulæ CATHARINÆ MARIÆ

exuvia hodiè terræ mandandæ sint; hortamur & rogamus omnes nostræ jurisdictioni in Academia subjectos, ut horâ mediâ primâ ad piam funeris hujus deductionem in templo Mariano conveniant: & cùm non solùm adultiore; sed etiam infantes morte præripi videant, singuli se ad pium hinc abitum præparent, nec non Academiam, Civitatem, totamq; hanc Provinciam piis precibus DEO commendent.

*Convenietur horâ I. in ede  
Mariana.*













te & calamitatibus; quæ, h  
stris capitib9 superimpende  
cessit à parētib9 ad tēpus: de  
recessit tinctus Baptismo sac  
numine Christi in cœlo dita  
quando læta excipiet. Au  
stius, Timonem dixisse, no  
mortuos, siquidem compe  
bula ista, quibus hominem  
scedere, migrare, vel obiiss  
simpliciter grave, sed mutati  
transitum insinuare: mutati  
lam contingere in melius, id  
testari, hoc enim ipsum nom  
terra migrantem non ad locu  
terram referre, sed extollere  
ad divinam sedem, hæc The  
tò verò magis decebit Christ  
moderari luctui in morte suc  
ex nominis etymologia divi  
STUM confirmantem habeant  
REGNUM cœlorum. Cùm au  
jus animulæ CATHARIN



ntæ no-  
ernūre-  
nisterris  
mine &  
ntes ali-  
Themi-  
gendos  
, voca-  
tum di-  
is, nihil  
plūm &  
item il-  
en *Javārs*  
inē è  
em sub  
sursum  
Quan-  
rentes,  
m non  
CHRIS-  
M ESSE  
tæ hu-  
ARIAE  
AVII